

venerat^(a). atque ea verba ad singulos ictus identidem replicabat, non quasi qui se defenderet, sed qui gauderet non offensum, persica duriora enim cum sint, presertim immatura, et testam intrinsecus mittant pene lapideam, quantumlibet, faciemque tuberibus multis
5 designassent^(b).

e ciò ripeteva dopo ciascun tiro, quasi fosse lieto di non esser colpito coi loro nocciuoli durissimi.

Ex amborum autem factis atque dictis nostra plane deprehenditur ignorantia, que nostra culpa colligitur, qui fere nonnulla dolo, pleraque ex imprudentia, aut similia aut non longe diversa committimus, pariterque peccamus ut ille qui medicum false induerat
10 artemque sibi vindicabat quam non noverat, quapropter casui dabat^(c) quod rationi debebat, et pretium exigebat erroris, cuius causa gravis erat pene reus. alter quoque non parum ex suo facto pene culpabilem (se) reddebat et plecti dignum^(d), cum inductus vehementi desiderio, speque allectus immoderata, precipitat vi maturare^(e)
15 id quod convenienti tempore erat explicandum, dum sibi primas partes benivolentie usurpare nititur apud dominum, qui vix fortasse postremas merebatur, suoque demerito gravem contra se provocat indignationem, unde plurimum gratie obtinere cupiebat. uterque tamen rite loquebatur magnoque cum fructu, si rite eorum
20 dicta pensentur, ut ceteris in rebus, quibus^(f) coaptari possunt, sumantur in exemplum. ille quidem, quasi diceret a Deo petenda^(g) sunt bona, qui penitus novit quid sit cuique homini bonum et quid unicuique^(h) malum⁽ⁱ⁾; remedium vero a nobis, qui vel semper vel sepe a nobis ipsis fallimur, et, quod damniabilis est, fallere
25 alios nonnunquam conamur. alter vero, dum gratias egit Deo quod non impetebatur ictibus persicorum, primum quidem nos admonet, cum adversa patimur, non debere eos spectare qui prospere agunt, sed eos qui sunt in maiore adversitate constituti. horum enim contemplatione facilius possumus miseriam nostram conso-
30 lari. deinde haud^(k) obscure dicere videbatur non debere hominem^(l) in se ipso sed in Deo fiduciam habere^(m) de prohibendis

Da questi fatti e detti vedesi chiaramente la nostra ignoranza, poichè noi pure pecciamo non molto diversamente dal preseso medico,

e dal colono presuntuoso.

Eppure, a ben considerarle, le loro parole sono ricche d'insegnamento.

Il primo c'insegna che dobbiamo chiedere a Dio le cose buone, ma trovare i rimedi da noi stessi, che siamo spesso ingannati o ingannatori.

Il secondo ci ammonisce di guardare nelle avversità, non già a noi, ma ai maggiormente infelici, sì da trarne consolazione;

avvertendoci inoltre che l'uomo non dee fidarsi in sé, bensì in Dio,

(a) *R om.* quorum - advenerat (b) *BC* designasset (c) Dopo dabat lacuna di più parole in *R* (d) *R* reddebat et plecto dignum In *B* dopo et lacuna di tre o quattro lettere, e poi dignum (e) *CR* precipitat immaturare *B* in maturare (f) *B* ut ceteris omnibus quibus (g) *R* adeo petenda (h) *CR* et quod unicuique (i) *BC* malo (k) *BC* deinde aut (l) *B* debere enim homini *R* debere homini (m) habere cancelato in *B*